

Christoph Redecker    Heinrich Christian Tielcke

## **Theses Iuridicas, De Fictione Iuris Civilis,**

Rostochii: Weplingius, [1691]

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741715007>**

Druck    Freier  Zugang



RU jurist. 5. Sept. 1691

Redeker, Christ. /e



THESES JURIDICAS, 17.  
DE  
FICTIONE JU-  
RIS CIVILIS,  
Sub  
PRÆSIDIO  
VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,  
CONSULTISSIMI,  
DN. CHRISTOPHO-  
RI REDEKERI,  
J. U. D. in Academia Rostochiensis  
Antecessoris, Consistorii Ducalis  
Mecklenburg. Assessoris,  
DN. PATRONI ET PROMOTORIS Magni,  
IN AUDITORIO MAXIMO,

AD V. SEPTEMBR. 1691 Tiedcke  
Publico examini exhibet  
M. HENR. CHRISTIAN. Bielcke.




Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

*Neue Nachrichten Rostoch. Literaturum v. 168. de ao:  
1691.*

**Bene CUPIENTIBUS,  
dextreq; JUDICANTIBUS**

lemmata hæc ferè extemporalia,  
hincqve minus exasciata,



consecrat

M. H. C. Tielcke.



D. A.

Th. I.



ictio juris affi-  
nis est juris præsum-  
ptioni, *Struvius in*  
*Syntagm. J. C. Exercit.*  
28. *Th. 20.* non ve-  
rò cum illa omni-  
modè coincidit.

(1) præsumptio eget illatione seu  
conclusionè, ex circumstantiis, mo-  
dis, aliisque inducta, quæ ratiocinatio  
non videtur ingredi quamlibet juri-  
dicam fictionem. (2) Fictio adver-  
satur rei veritati, non ita præsumptio.  
(3.) Fictio versatur quidem circa fal-  
sa, certissima tamen, de quibus  
omnino constat, ea esse, vel non  
esse, ita vel aliter esse, præsumptio ri-

A 2

matur

matur dubia. Hinc *Johannes Calvinus* in  
*Lexic. jurid.* de præsumptione: *præsumptio*  
*est conjectura seu divinatio in rebus dubiis, collecta*  
*per rerum circumstantias, ex argumentis, vel in-*  
*dicis, frequenter evenientibus, p. m. 706. col. 1.*  
Licet verò objectum præsumptionis,  
extra statum objectivum utique, ut  
ante notavimus, sit dubium, pro  
vero tamen certoque habetur, acce-  
dente juris præsumptione. Unde juris  
de jure præsumptiones, ut *Gail.* ob-  
servat, dicuntur liquidissimæ proba-  
tiones, adeo ut regulariter, in adver-  
sum, non attendatur probatio.

II.

Fictionis juridicæ Conceptum  
genericum constituimus *Commentum*  
*juris, vid. Dan. Ottonis Dialect. Juris. p. 4.*  
*add. Johann. Althusius diaalog. Lib. I. Cap.*  
*17. n. 14.* Nonnullis hic arridet *dispo-*  
*sitio, legatur Schar dius p. 389. lex Jurid. Jo-*  
*hannes Calvinus lex Jurid. p. 388. col. 1.* Ce-  
terum, *Commentum Juris Oratorio, poe-*  
tico

tico, morali omniqve Sophico, reali  
& organico contradistinctum, ge-  
nericè tamen suppositum cernimus  
in Jure Civili, juxta ac Canonico,  
extenditur etiam commentum hoc  
ad statuta hæc illave, quod Con-  
sultissimi quidam pernegant. Fi-  
ctio est commentum, hincqve præ-  
ter, & contra veritatem inducitur,  
ut communissimè notatur. Intel-  
ligitur hic veritas non in cogno-  
scendo, quæ vel probationem, vel  
præsumptionem, per graduum di-  
versitatem, gignit, non in dicendo  
& agendo, sed veritas innuitur rei,  
l. 6. §. 1. ff. de off. Præs. Præter & contra  
ejusmodi veritatem constituitur  
figmentum juridicum, i. e. ut clari-  
us rem eloqvar, *rei forma & indoli na-  
turaliter minus congrua fictio juris monstrat  
& ordinat.*

A 3

III. Cum



### III.

Cum nullum Jus æquitate sit cassum, *l. 1 pr. ff. de J. & J.* fictionem Juridicam, quæ juris est portio, æquitate niti firmiter colligitur. Impræsentiarum æquitas formaliter exprimit non juris scripti temperamentum. *l. 1. C. de leg. l. 8. C. de Jud. sed observationem justitiæ juridicæ*, ad quam leges quælibet exigere solent. Hæc æquitas, quam fundamentum & stabilimentum dicerem omnium positionum juridicarum, & speciatim nostræ juridicæ fictionis, non est, quod attendenti liquet, naturalis tantum, vel gentium juris, sed potissimum civilis. De divisione æquitatis in naturalem & civilem legatur *l. 1 §. 1. ff. si is qui test.*

### IV.

Restringitur fictio ad possibilia. Quæ aliàs de possibilibus, eorumque diversitate tradi solent *ex l. Un. C. de Cad. toll.* Primario quidem huc non collimant, membra tamen ibidem proposita, quoad possibilia sunt, alio scilicet respectu sejuncto, fictioni Juridicæ esse substrata minime nego. Elicitur ex thesi impossibilia removeri. Ex *Cujacii* descriptione *impossibile* dicitur, *Cujus contrarium est necessarium*, *ad l. 8. de V. O.* Clarius: *Impossibile est quod in actum traduci nequit.* Loquimur de absolute naturaliter, non secundum quid impossibile, quod æquipollet difficili, *l. 55. ff. fam. ercis.* Aliena est fictio ab impossibilibus (a) naturalibus (b) legalibus. Sanè nulla verè impossibilia tractat jus nisi elencticè unde & impossibilium obligationem præpedit. *l. 45. ff. de R. J.* eamque (obligationem) vel statim dicit nullam, vel exceptionem, quâ prævia conventio infirmetur  
sug-

suggerit, sub discrimine insinuato à Ludwello Exert.  
12. ad instituta, Tb. 3. (d.) dein, impossibile legale,  
quod una voce illegale appellarem, est injustum, adeo-  
que juri jurisq; fictioni adversum. Est inhonestum,  
reprobatur semper à jure, honestatem Commen-  
dante, l. 107. de R. 7. Elucescit satis saltem possibi-  
lium haberi rationem in objectis juridicæ fictionis.

V.

Pronunciatum hoc: Fictio non est facti,  
est tamen super facto, contradictione & absurdi-  
tate caret. Paucis: fictio non est facti, i. e. factum  
naturale, à civili ratione & lima sejunctum, nullo cri-  
tico juridico, nulla fictione legali mutabitur, ni-  
si concedere velis, factum, juris artificio, fieri  
posse infectum, quod implicat. Conf. l. 19. ex quibus  
caus. Maj. Fictio est super facto, i. e. factum juri-  
dicè limatum, legisque dispositioni obnoxium, ope  
fictionis, aliquando admittit exceptiones, ampliatio-  
nes, restrictiones. v. gr. l. 1. pr. C. de rei uxor. act. stipula-  
tio minus solenniter, adeoq; inutiliter, ex rigidi juris  
dictamine peracta fictione quadam censetur valida.  
Sicq; C. L. stipulatio, non ratione actuum physicorum  
& naturalium, cuius stipulationi adhærentium, sed  
respectu legalium fictione afficitur.

VI.

Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas  
in vero, l. 1. ff. de Adopt. l. Un. C. de rei uxor. act. Ex mente  
quorundam fictio plus operatur, quam rei veritas,  
quod probare desudant ex l. 15. adquir. Hereditat. sed  
locus videtur alienus. Perplacet illud aliorum.  
Fictum non operatur plus, quam verum. Coler de proc. exec.  
p. 2. C. 1. n. 66. Nolis autem ex thesi inferre fictio-  
nem

nem simpliciter æquiparari veritati. *Fictio* in se veritate est vilior, eique cedit, *vid. Taberni Thesaurus lib. 6. cap. 13. Axiom. 7.* Operatio fictionis est plena utilitatis. Hæc utilitas in applicatione & descensu ad certum subjectum conditionem alicujus reddit meliorem, citra damnum proximi, *Forst. de success. ab intest. l. 6. §. 24.*

### VII.

Ex positis hæc coordinabitur fictionis juris (juris nimirum civilis) delineatio: *Quod sit commentum juris, ex æquitate, possibilibus applicatum, utilitatis gratia.* Alii alias suppeditant definitiones. Definitio, fateor, disjunctiva; cum fictio dicitur *commentum, quo fingimus aliquid esse, vel non esse &c.* displicet, est enim amethodica. Generatim noto, definitionem disjungentem eruditus esse exosam, nisi fuerit operosus necessitatis casus.

### VIII.

Dividitur fictio in affirmativam & negativam, illâ fingitur aliquid esse, quod non est, hac fingitur non esse, quod tamen est *E. C. §. 4. inst. de inutil. stipul.* adstruitur vocem patris esse vocem filii, & reciprocè. Statuuntur hæc non ex rei veritate, sed juris fictione, tumque fingitur esse, quod non est. Contra *l. fin. ff. de R. U.* fingitur non possidere, qui verè possidet. Aliæ species fictionis, ut sunt translative, repræsentative, suppletive &c. ad fictiones affirmantes & negantes referuntur. Demum non ineleganter, ut reor, ad ordinem & numerum objectorum juridicorum, fictio dispesci poterit, in fictionem quæ concernit (a)

Personas (b.) res (c.) actiones.





suggerit, sub discrimine insinuato à L. 12. ad instituta, Tb. 3. (d.) dein, impossibile quod una voce illegale appellarem, est injure que juri jurisque fictioni adversum. Est reprobatum semper à jure, honestatendante, l. 197. de R. J. Elucescit satis saltilium haberi rationem in objectis juridica

V.

Pronunciatum hoc: Fictio non est tamen super facto, contradictione careat. Paucis: fictio non est facti, naturale, à civili ratione & lima se juncturico juridico, nulla fictione legali mutsi concedere velis, factum, juris ar posse infectum, quod implicat. Conf. l. caus. Maj. Fictio est super facto, i. e. dicè limatum, legisque dispositioni obrfictionis, aliquando admittit exceptiones nes, restrictiones. v. gr. l. 1. pr. C. de rei uxortio minus solenniter, adeoque inutiliter, ex dictamine peracta fictione quadam cen Sicque C. L. stipulatio, non ratione actuum & naturalium, cuius stipulationi adhær respectu legalium fictione afficitur.

VI.

Fictio in casu ficto idem operatur, in vero, l. 1. ff. de Adopt. l. Un. C. de rei uxor. ac quorundam fictio plus operatur, quam quod probare desudant ex l. 15. adquir. H locus videtur alienus. Perplacet illi Fictum non operatur plus, quam verum. Coler p. 2. C. 1. n. 66. Nolis autem ex thesi i

